



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 53. Philippi de la Camera Bononiensis Caedinalis mors.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

§. LIII.

Sæcul. XVI.
A. C. 1550.

*Philippi de la Camera Boloniensis
Cardinalis mors.*

Alter erat Philippus de la Camera Sa-
baudus, ac Filius Ludovici Came-
ræ Comitis, necnon Annæ de Bolonia,
quæ primis nuptiis Alexandro Stuart
Albanix Duci juncta erat. Porro Phi-
lippus prima ætate S. Benedicti institu-
tum professus, demum Corbeiensis Ab-
bas, ac Nantuaci Prior, tandem Bolo-
niæ in Picardia Episcopus renuntiatus
est, quam etiam Ecclesiam regebat, dum
a Clemente VII. post Colloquium cum
Francisco I. Massiliæ Anno Christi mil-
lesimo quingentesimo trigesimo tertio
habitum, Cardinalis creatus est tit. S.
Martini in montibus, quem tamen ti-
tulum dimittens illum S. Mariæ Trans-
tyberin adoptavit Tusculanam Eccle-
siam adeptus. Interfuit sacris comitiis,
suumque suffragium contulit Paulo III.
& Julio III. Pontificibus, a quorum pri-
mo privilegium obtinuit, vi cujus ru-
brum galerum, aliasque vestes, ac Car-
dinalium ornamenta in ditionibus Gal-
liarum Regi subjectis, necnon in Sa-
baudiæ Ducatu gestare poterat, qui-
bus tamen alias Cardinales Regulares
ornati procedere haud permittuntur.

P 3

Obiit

*Sæcul. XVI.
A. C. 1550.
Ciaccon l. c.
p. 528.
Duchef. hist.
de Bourgogne
ne l. 2.
Frizon in
Gal Purpur.
Aubery l. c.*

Sæcul. XVI A.C. 1550. Obiit Romæ nono Calendas Martii seu die vigesima prima Februarii post Julii III. electionem illo tempore, quo tam Annus sacer celebrabatur; sepultus est in Ecclesia FF. Minimorum SS. Trinitatis in Monte Pincio.

§. LIV.

Innocentius Cybus Cardinalis mortuus.

Ciac p. 241. Admirat in hist. Flor. Panvin de Rom. Pontif. Viñorel. addit. Ciacon. Inter illos, qui hoc anno vivis erepti sunt, tertius fuit Innocentius Cybus patria Genuensis, ac Filius Francisci Anguillaræ Comitis, qui filius erat Joannis Baptistæ postea assumpto Innocentii VIII. nomine ad Pontificatus apices evecti. Anno post Christum natum millesimo quingentesimo decimo tertio die vigesima tertia Septembris Innocentius a Leone X. avunculo suo Cardinalis Diaconus tit. SS. Cosmæ & Damiani, necnon S. Romanæ Ecclesiæ Camerarius nominatus est: cum vero hic idem Pontifex olim ab Innocentio VIII. Cardinalis creatus Innocentium Cybum eadem dignitate auget, in hujus creatione hæc verba protulit: *Quod ab Innocentio accepi, Innocentio restituo.* Ceterum Innocentius plures administrabat Ecclesias, Massiliensem in Francia, Taurinensem in Pedemontio, Volaterranam, Ven-